



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

L1  
20  
363



Ll 20.363



**Harvard College Library**

FROM THE

**CONSTANTIUS FUND**

Established by Professor E. A. SOPHOCLES of Harvard University for "the purchase of Greek and Latin books, (the ancient classics) or of Arabic books, or of books illustrating or explaining such Greek, Latin, or Arabic books." Will, dated 1880.)

Received 9 Jan 1900





1227

De Allitterationis apud T. Lucretium Carum

usu ac vi

scripsit

Ignaz Schneider.



Programm

des

k. neuen Gymnasiums in Bamberg


für das Schuljahr 1896/97.



Bamberg, 1897.

Druckerei der „Bamberger Neueste Nachrichten“.

L. 20.363  
✓



Constantinople

- L**ibri, quibus in conscribenda hac dissertatione usus sum, sunt hi:
- T. Lucreti Cari de rerum natura libri sex. Recognovit Jacobus Bernaysius. Lipsiae. Teub. 1886. (Ex hac editione loci afferentur.)
- T. Lucreti Cari de rerum natura libri sex. Carolus Lachmannus recensuit et emendavit. Editio IV. Berlin 1871.
- Ennianae poeseos reliquiae rec. Joh. Vahlen. Lipsiae 1854.
- P. Vergili Maronis Aeneis. Recognovit Otto Ribbeck. Lipsiae. Teubner 1868.
- Buchhold Ludwig, De Paromoeoseos (allitterationis) apud veterum Romanorum poetas usu. Dissert. inaug. Lipsiensis. Lipsiae 1883.
- Ebrard Wilh., Die Allitteration in der lateinischen Sprache. Programm. Bayreuth 1882.
- Gerathewohl, Grundzüge für lateinische Allitterationsforschung. Vortrag in den Verhandlungen der 41. Versammlung deutscher Philologen und Schulmänner zu München 1891. Leipzig. Teubner 1892.
- Keller Otto, Grammatische Aufsätze. Leipzig 1895.
- Kvičala Johann, Neue Beiträge zur Erklärung der Aeneis nebst mehreren Exkursen und Abhandlungen. Prag 1881.
- Loch Eduard, De usu allitterationis apud poetas Latinos. Dissert. inaug. Halis Saxonum 1865.
- Mähly, Über Allitteration im „Neuen schweizerischen Museum“ 1864. Seite 207—259.
- Ranninger Franz, Über die Allitteration bei den Gallolateinern des 4., 5. und 6. Jahrhunderts. Programm. Landau 1895.



## II

- Thielmann Philipp, Recension von Woelfflins „Die allitterierenden Verbindungen der lat. Sprache.“ Blätter für das bayerische Gymnasialschulwesen. XVIII. Bd. S. 43—47. München 1882.
- Woelfflin Eduard, Über die allitterierenden Verbindungen der lat. Sprache. Sitzungsberichte der Kgl. bayerischen Akademie der Wissenschaften 1881. Bd. II. Heft I.
- Woelfflin Ed., Recension von Buchholds Dissert., Archiv für lat. Lexikographie etc. I. Jahrgang. Seite 131—132. Leipzig 1884.
- Woelfflin Eduard, Zur Allitteration u. zum Reime. Archiv für lat. Lexikographie, Bd. III., S. 443—457. Leipzig 1886.
- Woelfflin Ed., Zur Allitteration. Archiv für lat. Lexikogr. Bd. IX. 567—573. Leipz. 1896.



Allitteratio Latina cum hoc nostro tempore doctorum animos denuo in se convertit, tum doctus ille E. Woelfffinius in eo libello, qui inscribitur „Über die allitterierenden Verbindungen der lateinischen Sprache“ (Sitzungsberichte der kgl. bayer. Akademie d. W., philos.-philol.-histor. Klasse 1881 Bd. II. 1. H.), hanc orationis figuram diligentissime perscrutatus est eamque nova quasi luce circumfundens demonstravit, quae eius origo, incrementum, frequentia, et qua ratione ab eis linguis, quas nunc Romanas nominamus, recepta esset. Deinde complures homines docti vestigia illius prementes eandemque viam ingressi et supplere illud opus et fines, quos ille sua sponte quaestioni circumscripserat, latius proferre conati sunt. Woelfffinius enim ea tantum illius figurae exempla respexerat, quae posita in binis substantivis, adiectivis, verbis, adverbis coordinatim, quod dicunt, inter se coniunctis certae formae speciem habent.

Ex iis primum afferam Ph. Thielmannum, qui in Woelfffiniani libri recognitione (Bayerische Gymnasialblätter XVIII. Jahrgang pag. 43. sequ.) non modo nonnullas acutas notas addidit, sed etiam censuit allitterationis usum eorum verborum, quae e lege syntaxeos coordinatim inter se coniuncta essent, compositione et oppositione non esse exhaustum. Confirmavit hanc sententiam allatis exemplis, in quibus substantivum cum adiectivo vel verbum cum re obiecta (ut recentiores grammatici dicunt) allitteratione coniuncta certae

formae speciem praebent, ac tales formulas ad artis legem componi posse opinatur.

Deinde nominandus est W. Ebrardus, qui Thielmanni sententiam secutus in sollemnibus anniversariis Gymnasii Baruthini anno 1881/82 (Die Allitteration in der lateinischen Sprache) non solum allitterationis exempla coordinatim coniuncta, quae Woelfflinius collegerat, novis exemplis auxit, sed etiam magnum numerum allitterationis exemplorum non coordinatim coniunctorum e scriptoribus et priscae et posterioris Latinitatis collegit ac disposuit.

Tum praeter eos, quos supra nominavi, duo auctores afferendi sunt, qui iidem tractandae nostrae figurae operam navaverunt.

Ac priore loco afferam Joannem Kvîçalam, qui paulo ante Woelfflinium in capite eius libri, qui inscribitur „Neue Beiträge zur Erklärung der Aeneis nebst mehreren Exkursen und Abhandlungen, Prag 1881“ allitterationis in Vergili Aeneide usum diligentissime ac latissime pertractavit. Qua in quaestione non solum respicit, quem locum obtineat figura illa in versu, utrum complectatur duo verba an complura eorum paria, utrum voces coordinatim coniunctae sint necne, sed etiam demonstrat, quid auxilii praebeat allitteratio ad corruptorum versuum locos corrigendos et explanandos. Ut deinde demonstret Vergilium allitterationis figuram apud priores Romanorum poetas invenisse eamque libenter atque eleganter adhibuisse, magno numero exemplorum e compluribus poetis priscae Latinitatis haustorum frequentem illius usum probare conatur. Postremo explicat, quibus rationibus in colligendis figurae exemplis sit ductus. Consideranti autem mihi Kvîçalae quaestionem ille multifariam magis coniunctionis formam quam sensum observasse neque recte diiudicasse videtur, quando poeta figura illa voluntate ac studio usus aut quando ea orta sit casu; multa enim affert exempla, quae sunt levia, exilia, fortuita.

Alter autem auctor est Buchholdus, qui in dissertatione inaugurali Lipsiensi, quae inscribitur „De paromoeoseos

(allitterationis) apud veteres Romanorum poetas usu 1883, (opusculo via ac ratione composito), primum veterum rhetorum et grammaticorum, Graecorum et Romanorum, doctrinam et artis vocabula earum figurarum, quae ad similitudinem quandam et aequalitatem et repetitionem verborum orationisque membrorum spectant, diligentissime illustrat, deinde homoeo-  
arcti, homoeocatalecti similiumque figurarum apud Romanorum poetas usum exponit.

Woelfflinius autem formulas ab ipso collectas minus poseos quam solutae orationis et sermonis pedestris esse, etsi a poetis nequaquam vitentur, censet.

Item Buchholdus reiecta Westphali sententia (Griech. Metrik II. 2. pag. 38) allitterationem prioribus temporibus ante Plautum etiam maiore vi fuisse quam ipsa aetate Plauti, eam potius maxime apud Plautum et Ennium floruisse, apud Terentium et Pacuvium iam decrescere dicit. Novam quandam sententiam profert, cum dicit figuram infirmas tantum radices in indole Romanorum egisse, magnopere autem poetarum arte, ab alieno et Graecorum quidem impulsu orta, esse auctam. Ceterum in tractanda allitteratione, quae non solum eius iudicio formas et coordinatim et non coordinatim coniunctas amplectitur, id potissimum spectat, quis sit allitterationis in versu locus, „quam illius in thesibus collocandae poetae consecuti sint frequentiam quamque in arsibus, quos pedes porro quasque artes ceteris praetulerint.“ Deinde allitterationis forma atque exemplorum probabilitas, utrum ea ex voluntate poetae profecta sint an casui tribuenda, ab eo accuratissime definiuntur. Atque recte omnia ea exempla casui tribuit, „quae cernuntur in substantivo cum pronomine coniuncto; aut omnino in nomine et pronomine aliquo, quotiens hoc non gravem in sententia locum obtinet; aut in verbo composito praepositione repetita; aut in substantivo, adiectivo, verbo, adverbio cum praepositione vel coniunctione, aut in duabus particulis,“ cum ex voluntate poetae ea esse, ut concedamus, postulet, „quotiens pathetica sunt vel parodica vel blanda vel dulci vel amoena vel comica vi, omnino quotiens

rei sententia litterarum suavi aut grandi aut molli aut horrido sono adumbratur; quotiens brevia commata altero alteri respondente homoeoarcto paulo firmiter inter se coniunguntur; quotiens in descriptione, in enumeratione extant, denique quotiens insolita verba homoeoarcti causa electa esse videntur.“

Hae igitur eligendi ratione observata de allitterationis in versibus Saturniis usu tres invenit leges:

1. Poetae quantum potuerunt homoeoarcta in arsis locaverunt.
2. Posterioris hemistichii arses praetulerunt poetae prioribus.
3. Homoeoarcti usus sollemnis fuit in posterioris hemistichii prima et secunda arsis.

Has deinde leges in versibus scenicis et heroicis coarctare conatur. Qua in quaestione versus heroicis, „qua sunt firmiore structura,“ ad homoeoarcta in arsis recipienda impeditiores esse intellegit duabus e causis. Nam primum ab arsis dissolvendis verba, quae a brevi syllaba, ut a iambo vel anapaesto incipiunt, nec minus ea, quae antibacchia forma sunt, deinde impedimento sunt caesurae legitimae semiquinaria et semiseptenaria, nisi quod in iis versibus, qui habent caesuram bucolicam, poetae quartam, quintam, sextam arsim, id quod exemplis probat, praeceteris homoeoarcto insignes reddebant. Versus pentametros allitterationem plerumque in IV., V. arsi habere exemplis probat. In priore autem hemistichio sollemnem usum non exstare censet nisi, cum versus aliquis homoeoarcto finiatur, homoeoarcton illud saepius in initio sequentis versus continuari.

Quae si omnia consideramus, concedamus oportet auctores, quos supra nominavi, egressos esse extra fines, quos Woelfflinius sibi ipse constituerat, qui alio loco (Zur Allitteration und dem Reim, Archiv III. pag. 443.) se sua sponte vocabula tantum coordinatim coniuncta tractasse dicit eo, quod ea pars, quae maximi momenti sit ad linguae Latinae historiam, ab eo, qui primus colligat, satis magnum postulet laborem.

Ac si quaerimus, utrum auctores, quod fines illius figurae primum constitutos longius protulerunt recte fecerint necne, nobis illos recte fecisse iudicandum est. Nam si quis perlegerit poetarum veterum Latinorum opera, in quibus allitterationis usum maxime floruisse constat, intellet illam figuram in aliis quoque orationis partibus atque in coordinatis membris frequentissime esse adhibitam, id quod in posteris demonstrare posse mihi videor. —

Sed haec hactenus, nunc ad id transeam, quod in hac dissertatione tractandum mihi proposui. — Perlegenti enim mihi T. Lucretii Cari de rerum natura immortale opus non satis excussum mihi visum est, qua ratione usus sit allitteratione. Quare instituturus sum quaestionem de allitterationis apud Lucretium usu ac vi.

Qua in quaestione de forma allitterationis Woelffinii sequar praecepta. Itaque vocalium non solum a *ae au* allitterationes, de quibus disceptatio est inter doctos, probabiles et ex voluntate poetae esse censeo, sed etiam eas, quae fiunt a *au o* vocalibus. Buchholdus quidem de a *ae* allitterationibus dubitat, Kvîçala eas probat, quod *ae* Vergili temporibus diphthongus fuerit, firmiorem autem et infirmiorem allitterationem (*ae ae, au au, a ae, a au*) distinguit. De consonantium allitteratione hodie haud facile dubitet quisquam, an pari sint vi allitterationes *c qu* consonantium. Kvîçala et Buchholdus eas comprobant; Woelffinius in quaestione „Über die allitter. Verbindungen in d. lat. Sprache“ rationem earum non habet, sed in recognitione Kellerei dissertationis de allitteratione (Grammatische Aufsätze, Leipzig 1895) Archiv IX. pag. 571 eas item comprobare videtur. Ego eas probo, quod apud Lucretium quoque eiusmodi allitterationes inveniuntur. Utrum autem allitterationes *c g*, cuiusmodi unum exemplum Thielmannus in recognitione Woelffiniani libri ex Ennio attulit „gloria claret“ probabiles sint necne, in medio relinquo, cum eius modi exemplum apud Lucretium non invenerim, nisi forte afferendum est in libro V. v. 405 „Graiū cecinere poetae,“ quod etiam positione post caesuram probabile haberi potest.

Atque hoc loco meum est disserere, quam rationem secutus sim in tractanda ea, quam suscepi, materia.

Primum igitur omnia ea afferam exempla, in quibus figurae usus ita exstat, ut aut duo aut plura verborum paria allitteratione inter se coniuncta sint aut multiplici eiusdem litterae repetitione non possit dubitari, quin figura non sit fortuita, sed e consilio poetae.

Deinde ad supplendas Woelfflinii et Ebrardi formulas omnia, quae inveni, exempla allitterationis vocabulorum similia i. e. coordinatim coniunctorum collegi, disposita ad singulas vocum classes. Tum cogito ea afferre, quae vocibus non coordinatim coniunctis continentur, atque ea ita digeram, ut sententiarum partes in varia coniunctione, velut substantivum cum adiectivo, substantivum cum verbo cetera afferantur. Post haec inquiram, — atque hanc maximam dissertationis meae partem putari velim, — quo loco versus sit plerumque adhibita allitteratio.

Ea enim maxime in fine versus veteres Latinos poetas usos esse iam alii intellexerunt, velut, alios ut omittam, Kvçala, qui illa exempla in Vergili Aeneide collegit. Ego autem, — id quod alii quoque ut Lochius\*) generatim atque universe attigerunt, — demonstrare posse mihi videor non finem solum esse spectandum, verum etiam initium, maxime prius versus hemistichium.

Ceteroquin neque initium neque finis versus gravissimus locus esse mihi videtur sed is, in quo versus habet caesuram. Multis enim exemplis ex omnibus libris allatis apparebit Lucretium et ante caesuram et post eam duplicem vel multiplicem allitterationem posuisse eamque saepissime cadere inter duo vel plura vocabula allitteratione coniuncta. Praeterea aliae figurae rationes, quas ego quidem probabiles putem, sunt hae:

---

\*) De usu allitterationis apud poetas Latinos. Dissert. inaug. Regimont. (Hal. Sax.) 1865.

1. Allitteratio coniungit singulos versus ita, ut unus versus vocabulis finiatur, quae cum primo vel primis vocabulis alterius versus allitterationem efficiunt;
2. Primum et ultimum versus vocabulum ostendit allitterationem, id quod Kvičala „Sperrung“ l. l. pag. 275 appellavit.

• Quibus praemissis ad singulas partes exponendas transibo.

## I.

Non est exiguus numerus apud Lucretium eorum versuum, in quibus duo vel complura verborum paria allitteratione coniuncta sunt.

Coniunctiones, quae hunc in modum fieri possunt, sunt hae:

1. duo verba par formantia sequitur alterum verborum par, quod efficit formam a a b b;
2. aut singula prioris paris verba sequuntur singula verba alterius paris, quod adumbratur forma ab ab;
3. aut allitterationes circumscribuntur chiasmo quodam litterarum in forma a b b a.

Ad 1. a a b b.

quorum abitu aut aditu mutatoque ordine mutant 1,677  
. . aes aurum in summum successit honorem 5,1273  
hinc licet advertas animum ut pernoscere possis 3,181  
alit atque auget generatim pabula praebens 1,229  
unde anima atque animi constet natura necessumst 4,119  
arripit acer Saepe dolor dentes 6,658 seq.  
astrologorum artem contra convincere tendit, 5,726  
auribus accipere et consessum cernere 4,979  
ut calidis candens ferrum e fornacibus 6,148  
auroram clara consuetum voce vocare 4,709  
clara . . percurre . . cursu Perpetuo possint 1,1003  
conclusoque loco caelum mare flumina montis 4,456



**concurrant: cadit . . vis flammea volgo 2,215**  
**concutitur caeli domus undique totaque tellus 6,358**  
**contra Corpora retribuatur rebus recreeturque 5,276**  
**corpora discedunt conexaque convenientis 2,712**  
**corpora continuo in vacuum vicina . . 6,1017**  
**corporibus . . inciderunt, qua texta tenentur 6,351**  
**credere enim crebro possunt partemque 1,1044**  
**cuncta cadaveribus caelestium templa tenebat 6,1272**  
**cuncta coloribus . . et odoribus opplet 5,738,**  
**nec delubra deum placido cum pectore adibus 6,75**  
**non delubra deum simulacra fessa fatisci 5,308**  
**deplexaeque dabant . . . vulnere victos 5,1319**  
**. didicere deos securum agere aevom 6,58**  
**difficilest ratione docere et vincere verbis 5,733**  
**dissimili dentata . . compungere sensus Corporis 3,432**  
**denique per dissaepa domorum . . voces Pervolitant 6,951**  
**et dulcem ducunt vitam prolemque propagant 2,997**  
**. . duro durarent membra manusque 5,1358**  
**et fera ferri Corpora constituunt 2,103**  
**namque Ceres fertur fruges Liberque liquoris Vitigeni lati-**  
**cem 5,14**  
**feruntur Suffunduntque sua caelum caligine 6,478 seq.**  
**floribus et foliis lascivia laeta monebat 5,1398**  
**fulmina diffugere atque imbris ventosque videmus 1,762**  
**fumida suffundens caecae caliginis umbra 3,304**  
**in gremio gerere et rupes deruptaque saxa 6,539**  
**ictibus illorum caecis impulsa cientur 2,136**  
**expirent ignes interdum turbine tanto 6,640**  
**insinuant naribus infesta atque aspera adactus 6,778**  
**insinuatus ibi vortex versatur . . 6,277**  
**intellegit ibi vitium vas . . 6,17**  
**interutraque igitur cum caeli tempora constant 6,362**  
**instant nec loca lux . . . rupta relinquit 5,299**  
**lubrica proluvie larga lavere . . 5,947**  
**ludit lacte mero mentes . . 1,261**  
**lumina pendentes lychni claraeque coruscis 5,295**

tam **magnae molis tempestas atque tenebrae** 6,490  
.. **magni magno cecidere ibi casu** 1,741  
**magnos manibus divellere montes Multaque vivendo vitalia**  
vincere saecula 1,201  
... **magna mali fit copia circum** 6,829  
**magna atque inmanis cataplexis plenaque** . . 4,1155  
**male mactae Diffugiunt fera fata** 5,1337  
**malis mandaret adeptus Aeternumque** 2,637 seq.  
**mandantur magnis clamoribus omnia complent** 4,1010  
**inmanis morbos durumque dolorem** 3,460  
**unde mare inmensum volventes frigora fontes** 2,590  
**maternoque mares existunt corpore creti** 4,1220  
**membra movere videbantur vocesque** 5,1171  
**commendata manent tutelae tradita nostrae** 5,858  
.. **metuunt amittunt vera viai** 1,659  
**inde metus maculat poenarum praemia vitae** 5,1149  
.. **admiscetur muliebri semine semen** 4,1239  
**mitescere multa videbant Verberibus** 5,1101 seq.  
**mollia mortali consistere corpore creta** 2,906  
**morborum et morti fera Finibus** 6,1136  
**morigerisque modis et munde corpore culto** 4,1273  
.. **multa minutaque semina sucos** 3,226  
.. **permulta mari quoque tollere toto** 6,470  
.. **multa munita virum vi** 1,728  
**navita, nudus humi iacet infans, indigus omni** 5,223  
**esse opus omnino, quae demant cumque dolorem** 2,21  
**pandere agros pinguis et pascua reddere rura** 5,1246  
.. **partu possent ditescere dulci** 4,1245  
.. **patrias qui possim vertere voces** 5,337  
**pectoribus positis sublatis semina lumbis** 4,1259  
**orba pedum partim . . viduata vicissim** 5,837  
**nec penetrare pati sibi quicquam quod queat artas** 3,806  
**sed penitus pereunt convolsi conque putrescunt** 3,343  
**pennis appellunt corpora raucae Cornices** 6,751  
**perfecto posset claro comitari Hymenaeo** 1,98  
**qui petere a populo fasces saevasque secures** 3,994

poenibat paulo post turpi morte malaque 6,1238  
qui potis est dignum pollenti pectore carmen Condere 5,1  
praeterea persaepe niger quoque per mare nimbus 6,256  
praeterlata perit frustra diffusa . . . 4,567  
prava cubantia prona supina atque absona tecta 4,515  
naturae primus portarum claustra cupiret 1,71  
unde progigni possit concepta creari 2,545  
pueri . . pavitant finguntque futura 3,90; 6,38  
purpura poeniceusque color clarissimu' multo 2,830  
quod quoniam nostro quoque constat corpore certum 5,138  
nec ratio remedi communis certa . . 6,1223  
recta regione viaque Vomeris . . 4,1264  
inritata repente Flamma foras vastis Aetnae fornacibus  
    efflet Expediam primum 6,680 seqq.  
rivum sub ramis arboris altae 2,30  
at sedare sitim fluvii fontesque vocabant 5,942  
et simul in somnis, quia multa et mira videbant 5,1179  
quam saepire plagis saltum canibusque ciere 5,1249  
inde sonus sequitur, qui tardius adficit auras 6,183  
nec satiari queunt spectando corpora coram 4,1094  
et servare sibi curam certumque dolorem 4,1059  
. . solo spoliata colore Corpora 2,842  
solibus adsiduis multa pulsata pedum vi 5,252  
spumigeri suis adventu validive leonis 5,983  
et vigilans stertis nec somnia cernere cessas 3,1046  
succidit et salso suffudit gurgite fossas 5,482  
suffunduntque sua caelum caligine 6,479  
quod tales turbae motus quoque materiai 2,127  
tela infracta suo tingentes sanguine saevi 5,1325  
e tempestate in terra caeloque coortast 6,956  
. . torpet telis perfixa pavoris 3,305  
protractaeque trabes impendent ire paratae 6,564  
tute tibi placida cum pace 6,73  
tympana tenta tonant . . et cymbala circum 2,618  
nec validas aevi vires perferre patique 5,314  
intervalla vias conexus pondera plagas 5,438

et variae volucres, laetantia quae loca . . 2,344  
et Venus . . viris puerique parentum 5,1015  
. . vi convinci posse putabant 5,1176  
cui Veneris membris vis omnibus exoriatur 4,1164  
extorquebat enim vitam vis morbida membris 6,1222  
vinxit, ut in vinculis communibus excrucientur 4,1194  
voces verbaque constant Corporeis . . 4,531  
voluptatis dum vi labefacta liquescunt 4,1106

Tria vel complura paria huius coniunctionis  
aa bb cc cet.

Alis Auroram clara consuetum voce vocare 4,708  
auget alitque Deminui debet recreari cum recipit res 5,322  
quem neque fana deum nec fulmina nec minitanti Murmure  
compressit caelum 1,68  
effugere infestum . . tute tibi obvius obstes 4,1142  
illi imprudentes ipsi sibi saepe venenum Vergebant 5,1007  
ignibus instant, Instant nec loca lux inter quasi rupta re-  
linquit 5,298  
ut mare cum magni commorunt aequora venti, Vertitur in  
canos candenti . . . 2,766  
membra moventes Duriter et duro terram pede pellere . .  
5,1399  
sub murmure mugit et reboat raucum regio . . . barbara  
bombum 4,543  
puer ut saevis proiectus ab undis Navita, nudus humi iacet,  
infans, indigus . . 5,222  
sub tergo terrai flumina tecta, Volvere vi fluctus sum-  
mersaque saxa 6,540.

His exemplis alios adiungam locos, in quibus cum allit-  
tatione etiam ea figura a poeta adhibetur, quae „ὄνομαστοποιΐα“  
vocatur et paribus litterarum sibilantium, asperarum mol-  
liumque saepe et animantium voces et aliarum rerum sonos  
exprimit. Tales locos addam:

- 1,200, 275, 285; 4,976, 1272; 5,398; 6,135, 276, 287, 544,  
698 seqq.
- 1,285: **Nec validi possunt pontes venientis aquai**  
**Vim subitam tolerare: ita magno turbidus imbri**  
**Molibus incurrit, validis cum viribus, amnis**  
**Dat sonitu magno stragem, volvitque sub undis**  
**Grandia saxa . . . . . ,**
- 6,287: **Inde tremor terras graviter pertemptat, et altum**  
**Murmura percurrunt caelum; nam tota fere tum**  
**Tempestas concussa tremit fremitusque moventur.**
- 6,135: . . . **crebram silvam cum flamina cauri**  
**Perflant, dant sonitum frondes ramiq̄e fragorem.**  
**Fit quoque ut interdum validi vis incita venti**  
**Perscindat nubem perfringens impete recto.**

Ad 2. a b a b.

. . per caelum pascentis corpora passim 5,525  
at capris adipēs et coturnicibus auget 4,639  
celeri ferme percurrunt fulmina lapsu 6,324  
cernentes pavida complebant pectora cura 6,645  
cibus auget corpus alitq̄e 1,859  
et citharae liquidum carmen chordasque loquentis 4,978  
clara loca candida luce 5,776

. . collecti redeunt ceduntque repulsi 6,571  
magnum percurrunt murmura caelum 5,1219  
conventus . . , pompam, convivia, pugnas 4,782  
corporis atque animae consistimus . . apti 3,844  
corpore . . pugnam caedesque petessit 3,646  
ossa cruor venae calor umor viscera nervi 2,670  
deducit dux vitae dia voluptas 2,172  
exprimitur validis extritus viribus ignis 5,1096

. . feminum pedibus fundata plicari 4,825  
diffugere ut fimum nebulas flammisque necessest 2,457  
icitibus . . caecis impulsa eientur 2,136  
liquidissimus aether Atque levissimus aerias . . auras 5,500  
in lignis si flamma latet fumusque 1,871

. . **lucernarum florentia lumina flammis** 4,448  
admonuit memores motus languescere mentis 3,1038  
morbida vis in cor maestum confluxerat . . 6,1150  
**multosque lacus multasque lucunas** 6,538  
. . **mussabat tacito medicina timore** 6,1177  
**maxima mundi Pugnent membra pio** 5,380  
**nunc ratio nullast restandi** 1,110  
. . **opinantis tenebris obducere terras** 5,774  
**brachia palpebraeque cadunt poplitesque cubanti** 4,949  
**nec sine pernicie divelli posse videntur** 3,326  
**praeterea magna ex parti mare . .** 6,694  
**nec praebere cibum proprio de corpore . .** 3,989  
**prolapsa suas in pondere sedes** 6,574  
**praeripere et tacita pectus . . tangent** 3,894  
**sed potius tepidum . . proponere tactum** 6,1163  
. . **quia certis quaeque creantur** 1,169  
**servat enim formaturam servatque figuram** 4,554  
. . **sonere auris, succidere artus** 3,156  
. . **suis eiectum sedibus exit** 4,1034  
. . **superest non est mirum simulacra moveri** 4,766  
. . **tempestasque cietur turbida caelo** 6,376  
**in terraque patris . . . telum perpetiuntur** 6,398  
. . **Thessalico concharum tacta colore** 2,501  
**cum tuimur, misceri absinthia, tangit amaror** 4,222  
**vitai causa valido consueta bidenti** 5,208.

Ad 3. a b b a.

. . **armis pariter pariterque animatas** 2,43  
. . **calido febrim fervore coortam** 6,656  
**canibus succinctas semimarinis Corporibus** 5,889  
**conplerunt magno . . murmure clausi** 6,197  
. . **cessare aetheriis adfixa cavernis** 4,389  
. . **circum subsunt sonituque cietur** 4,606  
. . **contra feriant forma atque colore** 4,241  
**nec contra pugnant in promptu cognita** 2,868

**corporibus quia de parvis paucisque creatast 3,278**  
**(rescendi magnum inmissis certamen habenis 5,784**  
**discludere mundum Membraque dividere (et magnas disponere**  
**partes) 5,444**  
**. . ab exitio possit reprehendere euntis 6,569**  
**discludere turris Disturbare domos 6,240**  
**. . doctis rationem reddere dictis 2,987**  
**fera vis venti . . . foramina terrae 6,592**  
**differt et crassa volvit caligine fumum 6,691**  
**fluens volvat varius se fluctus . . 4,673**  
**fluminibus magnoque mari cum frangitur aestus 6,144**  
**efficitur quiddam quadratum . . . figura 2,779**  
**. . formarum certo certisque figuris 5,730**  
**. . si forte voles variare figuras 2,491**  
**. . fore ut pereant aevo privata futuro 3,484**  
**. . magno fremitus fit murmure 6,101**  
**. . in morte malumst malis morsuque ferarum 3,886**  
**mortales, pavidis cum pendent mentibu' saepe 6,51**  
**ut mihi mortali consistere corpore mundum 5,65**  
**. . nexam per venas, viscera, nervos 3,217**  
**omnibus in populo missum praeconis ab ore 4,562**  
**partim concilio quae constant principiorum 1,484**  
**pictores itaque et scriptorum saecla priora 3,627**  
**quantula sunt! quid praeterea primordia quaeque 4,118**  
**quid cupiant, ipsi contingere quaerunt 4,110**  
**radices frangit fluctus . . . resorbet 6,695**  
**. . rerum in numero natura relinqui 1,446**  
**. . respirent venti, vis nulla refrenet 6,568**  
**. . sertis operit postisque superbos 4,1170**  
**significant clandestinos caecosque subesse 2,128**  
**solem, Inmortalia mortali sermone 5,120**  
**. . solidis adlisa, locis . . sonorem 4,568**  
**sollicitae porro plенаeque sonoribus aures 6,1183**  
**raucisonos cantus, cornicum . . saecla 5,1082**  
**. . tamen cognoscant corpora tactu 2,742**  
**. . ad tornum saxorum structa tuamur 4,359**

multaque, per trocleas et tympana, pondera magna 4,902  
. . venti **prona premit vis** 6,560  
noctivagaeque faces caeli flammaeque volantes 5,1189  
nec validi **possunt pontes venientis aquai** 1,285  
vestem, nec **plumas avium papposque volantis** 3,386  
. . **converti sursumque supina reverti** 4,439  
**vivebant ferro privati parte virili** 6,1207  
. . **volvi quia lux et luna videtur** 5,1187.

## II.

Allitterationes in compluribus vocibus continuis eiusdem litterae  
repetitione effectae.

. . . in rebus **acerbis Acrius advertunt animos ad religionem**  
3,53 (aequat quoque formam aa bb.)  
. . **aliena repente Allata atque auris aliunde obiecta alienis**  
5,546  
nec **calidae citius decedunt corpore febres** 2,34  
in **nōtis caligine caeca Cernere censemus solem** 4,454 = aabb  
. . **cervices circum collumque coronat** 2,802 = aa bb  
. . **certis certa genetrice creata Conservare genus crescentia**  
. . . 2,708  
inde haec comprehendunt inter se **conque gregantur Et con-**  
**iungendo crescunt** . . 6,456  
**quae cum confluxere, creant incendia silvis** 1,903  
. . **decedit corpore toto, In loca conveniens nervorum certa,**  
**cietque continuo** . . corporis 4,1035 seq.  
aut **corio sunt Aut etiam conchis aut callo aut cortice tectae**  
4,932 seq.  
**corpora discedunt conexaque convenientis** 2,712  
. . **legiones cum loca cursu Camporum complent, . . cientes** 2,323  
**flamma foras** . . **Aetnae fornacibus efflet** 6,681 = a bb a  
sive **foras fertur, non est a fine profectum** 1,979 = ab ab  
**illis iratus** . . **infestus inurget** 5,1033 . . = aa bb  
**lubrica proluvie larga lavere** . . 5,947 = aa bb



hominum mentes, magnis qui mortibus edunt **Magna** 4,1004  
quo minus est mirum mare . . . **magnum** 6,615 = aa bb  
**mobilior multisque minutior et mage pollens** 4,341  
. . . et **mollia membra movere, mollia, mobiliter . . mittunt**  
4,787

**admonuit memores motus languescere mentis** 3,1038 = ab ab  
**multaque praeterea ceciderunt moenia magnis motibus in**  
terris, et **multae per mare pessum** 6,588

hinc fessae **pecudes pingui per pabula laeta Corpora de-**  
**ponunt** 1,257

**perplexis indupedita Pungere uti possint corpus penetrareque**  
sese 2,459

. . **potius praebere ut posse putentur** 5,124 = ab ab  
**parare Non potuit, pedibus qui pontum per vada possent**  
Transire et **magnos manibus divellere montis Multa-**  
**que vivendo vitalia vincere saecula** 1,199 seqq.

**prospicere ut possemus, et ut proferre queamus Proceros**  
**passus, ideo fastigia posse** 4,823

**proptereaque putes ritu par esse Gigantum Pendere eos**  
**poenas . .** 5,117

nec **potuisse propagando procludere prolem** 5,853

nec **procumbere humi prostratum et pandere palmas**  
5,1198 = aa bb

saepe solet scintilla suos se spargere in ignis 4,604

scire licet non sincerum sonere atque subesse . . **stimulum**  
3,871 seq.

sed simulacra solere in somnis fallere mentem 5,62 = aa bb  
in somnis sudare tamen spirareque semper 4,985  
**sorsum, sorsum sapor insinuatur Sensibus** 2,684 seq.  
idque sibi solum per se sapit: id sibi gaudet 3,145  
in speluncis saxa **superne Sudent . . et . . stillent** 6,942  
**sponde sua sorsum possunt consurgere in auras** 6,1019  
e tenebris **tantis tam clarum extollere lumen** 3,1  
**vestem chartasque volantis Verberibus venti versant** 6,114

### III.

Allitterationes in vocibus aut similis aut contrariae significationis,  
quae coordinatim coniuncta sunt.

#### A. Substantiva.

abitus aditus 1,677 quorum abitu aut aditu | . . .  
adventus abitus 1,457 adventu . . . abituque: primo ac  
extremo in versu  
aer aqua 1,567 . . . | aer, aqua, terra, vapores  
aes argentum 2,626 aere atque argento | . . .  
aes aurum 5,1273 nunc iacet aes aurum in | , 5,1239 quod  
superest aes atque aurum . . . , 1271 . . . magis aes  
aurumque iacebat; ex coniect. Italorum et cod.  
Brixiens. 6,230 . . . | facit aes in tempore et aurum,  
352 . . . | facile aes aurumque repente, 966 . . . | facit  
aes aurumque resolvit.  
aether aequor 3,782 = 5,128 . . . in aethere non arbor, non  
aequore . . .  
aqua aer 2,230 nam per aquas . . . . atque aera rarum  
aquilo auster 5,687 . . . et aquilonis et austri: extremo in  
versu.  
ara altaria 4,1229 conspergunt aras | adolentque altaria . .  
arbusta animantes 1,808 = 821 arbusta animantis extr. in  
versu, = 2,1016.  
argentum aurum 5,1254 concava conveniens | argenti rivus  
et auri, 1267 nec minus argento facere haec auroque  
parabant, 6,808 . . argenti venas auri que secuntur,  
6,949 . . per aurum Atque per argentum . . , 2,27 nec  
domus argento | fulgenti auroque renidet  
auris animus 1,50 = 4,909 . . auris animumque sagacem,  
6,920 attentas auris animumque reposco,  
aures oculi 3,547 . . velut aures atque oculi sunt, 2,511  
naribus auribus atque oculis | orisque saporis,  
oculi aures 4,484 an poterunt oculos | aures reprehendere , . .

**capra coturnix** 4,639 et **capris adipēs** | et **coturnicibus auget caput calces** 5,135 aut in **capite** atque **humeris** | aut **calcibus imis**,  
**causa concursus** 6,172 e simili **causa**, | **concursu natus eodem cervicēs collum** 2,802 **cervicēs circum** | **collumque coronat coetus concilium** 2,920 . . at **coetu concilioque extr. i. vers.**  
**colles campi** 4,387 . . | **colles campique videntur**, 5,781 **circum** | **collis camposque**, 1371 **collibus et campis** . . .  
**comptus coniugium** 3,843 **comptu coniugioque extr. i. vers.**  
**convallēs campi** 5,1373 **convallis** | **camposque**  
**corium conchae callum cortex** 4,932 aut **corio sunt** Aut etiam **conchis** | aut **callo aut cortice tectae**  
**coria caro** 6,967 = 969 at **coria et carnem** | . . **conducit** . .  
**cornicēs corvi** 5,1082 **cornicum ut saecla vetusta Corvorumque greges** . . .  
**cruor calor** 2,670: **ossa cruor venae calor umor viscera nervi** = ab ab  
**custos causa** 3,324 **ipsaque corporis est** | **custos et causa salutis distantia differitasque** 4,634 (substantiva complectuntur totum alterum hemistichium).  
**faciēs forma** 5,1174 **subpeditabatur faciēs et forma manebat faces flammae** 5,1189 **noctivagaeque faces** | **caeli flammaeque volantes**  
**fana fulmina** 1,68 **quem neque fana deum** | **nec fulmina** . . .  
**ferrum frigus** 6,708 **neque ferro** | **nec frigore effigiae figurae** 4,42 . . . **effigias** | **tenuisque figuras filum figura** 2,341 **esse pari filo similique adfecta figura flamma fumus** 1,871 **in lignis si flamma latet fumusque** . .  
**flores folia** 5,1398 **floribus et foliis** | **lascivia laeta monebat flumen fons** 4,1017 **flumen** . . aut **fontem propter amoenum** 5,261 **flumina fontes extr. in versu**  
**fluvii fontes** 5,942 : et **sedare sitim** | **fluvii fontesque** . . .  
**fluvii frondes** 2,596 **fluvios** | **frondes et pabula laeta** 2,875 **fluvii** | **frondes et pabula laeta**  
**folia frondes** 5,970 **circum se foliis** | **ac frondibus involventes forma filum** 5,572 **forma** . . . **filumque videri**

**forma figura** 2,778 | **formis** variisque **figuris**, 5,440 | **formas**  
variasque **figuras** 5,730 ordine **formarum** certo **certisque**  
**figuris**

**forma facies** 5,1261 : quamlibet in **formam** et | **faciem**  
**formatura figura** 4,554 **servat** **formaturam** **servatque** **figuram**  
**fremitus fulgura** 6,270 | **fremitus** et **fulgura** **fiunt**  
**fruges frondes** 1,889 | **fruges frondesque** **videre**  
**fumus flammae** 2,457 **diffugere** ut **fumum** | **nebulasque**  
**flammasque**

**lacrimae luctus** 6,1246 **lacrimis** | **lassi luctuque** **redibant**  
**lacus lucunae** 6,538 **multosque** **lacus** | **multasque** **lucunas**  
**lacus lucus** 5,75 **fana** **lacus** **lucos** | . .

**lapides ligna** 2,889 **nimirum** **lapides** | et **ligna** . . .

**loca lacus** 6,738 **loca** **cumque** **lacusque** **extr. i. vers.**

**maeror metus** 6,1181 | **mens** in **maerore** **metuque**

**mala motus** 6,1148, **debilitata malis**, | **motu** . .

**malae morsus** 3,886 **nam** **si** in **morte** **malumst** | **malis** **morsuque**

**maria montes** 1,17: **denique** **per** **maria** **ac** **montis** |

**membra manus** 5,1358 in **duro** **durarent** **membra** **manusque**

**morbus mors** 6,771 **morbos** **Incutere** et **mortem**.

6,1136 **morborum** et **morti'** **fera**

6,1142 **morbo** | **mortique** **dabantur**

6,1248 . . **morbus** **Nec** **mors** . . .

**moles machina** 5,96 | **moles** et **machina** **mundi**

**mos motus** 1,598 **naturam** **mores** | **victum** **motusque** **parentum**

**naves nubila** 1,272 | **navis** et **nubila** **differt**

**nebula nubes** 6,1119 ut **nebula** **ac** **nubes** | , 5,253 | **nebulam**  
**nubesque** **volantis**

**nubes nebulae** 6,1097 | **nubes** **nebulaeque** **superne**

**nubes nimbi** 6,521 **atque** **aliis** **aliae**, | **nubes** **nimbique** **rigantes**  
6,484 | **nubis** **nimbosque** **volantis**

**patria parentes** 3,85 | **patriam** **carosque** **parentes**

**paedor panni** 6,1267 **horrida** **paedore** et | **pannis** **cooperta**  
**perire**

**pecudes proles** 2,662 **pecudes** | et **equorum** **duellica** **proles**

**plagae pondera** 2,285 **praeter** | **plagas et pondera** . . . 5,188  
    . . **percita plagis Ponderibusque** . . 423  
**pluma pili** 5,785 **ut pluma atque pili** | **primum** . . .  
**plumae pappi** 3,386 **vestem nec plumas** | **avium papposque**  
    **volantis**  
**pondera plagae** 1,633, 2,726 = 5,438 **pondera plagas extr.**  
    **in versu**  
**pondus potestas** 5,1240 | **pondus plumbique potestas**  
**praesidium perfugium** 5,1107 **praesidium reges ipsi sibi per-**  
    **fugiumque**  
**proelia pericula** 5,43 . . **proelia nobis Atque pericula** . .  
**proelia pugnae** 2,118 = 4,1002 **proelia pugnas extr. i. versu**  
**res regna** 5,1126 | **res velle et regna tenere**  
**sanies sanguis** 1,866 | **sanieque et sanguine mixtim**  
**satio insitio** 5,1359 **At specimen sationis** | **et insitionis origo**  
**saxa speluncae** 1,348 **In saxis ac speluncis** |  
**segetes stipula** 5,606 | **segetes stipulamque videmus**  
**sidera sol** 5,68, 453 **sidera, solem extr. i. vers.**  
**silvae saltus** 5,1384 | **silvas saltusque reperta**  
**soliorum maiestas et sceptras superba** 5,1135 : **pristina maiestas**  
    | **soliorum et sceptras superba**  
**sonitus sapor** 6,986 **alio** | **sonitus alioque saporem**  
**sonitus sucus** 2,845 **et sonitus sterila et** | **suco ieiuna feruntur**  
**speculum splendor** 4,96 : **postremo speculis in aqua** | **splen-**  
    **dorque in omni**  
**stellae sidera** 2,209 | **stellas et sidera cernis**  
**superbia spurcitia** 5,47 **quidve superbia spurcitia ac** |  
**terror tenebrae** 1,146 = 2,59 = 3,91 = 6,38 **hunc igitur**  
    **terrorem animi** | **tenebrasque necessest**  
**terror tumultus** 5,1334 **terrore, tumultu in extr. vers. 6,218**  
    **taetro Terrore . . . tumultu**  
**tigna trabes** 2,192 = 196 = 6,241 **tigna trabesque in extr. vers.**  
**trocleae tympana** 4,902 **multaque per trocleas** | **et tympana**  
    **pondera magna**  
**intervalla viae** 2,726 = 5,438 **intervalla vias** | **conexus pon-**  
    **dera plagas** ; 4,648 **intervalla viasque** |

**vela ventus** 4,894 | **velis ventisque**  
**ver Venus** 5,735 it **ver et Venus**, et **veris** . . .  
**venae viscera** 3,217 . . . **nexam** | per **venas viscera nervos**,  
685 **conexast p. v. v. nervos**, 564 | **venas et viscera**  
**mixtim**, 2,905 : **visceribus nervis venis**  
**versus verba** 1,825 | **versus ac verba necessesit**  
**vestis victus** 4,1123 **eximia veste et victu** | **convivia** . .  
**viae vestes** 5,1447 **arma, vias, vestes** |  
**victus vita** 5,801 = 1078 = 1103 **victum vitamque**  
**vis vincla** 6,915 | **vim vinclaque noscit**  
**vires vigor** 5,1010 | **valuit viresque vigorque**  
**virtus voluptas** 1,140: **sed tua me virtus** | **tamen et sperata**  
**voluptas**  
**voces verba** 4,531 **quin voces verbaque constant**  
**voces voltus** 3,467 **voces nec noscere voltus**, 4,1216 | **vol-**  
**tus vocesque comasque**

B. Adiectiva (participia) et adverbia;  
numeralia.

**Amarus asper** 2,404 **at contra quae amara** | **atque aspera** . . .  
**asper acerbus** 5,33 **asper, acerba tuens** = Verg. Aen. 9,794;  
4,659 . . . **res intus acerba Aspera** . . .  
**cana cadens** 3,21: **cana cadens violat** . . .  
**castus inceste** 1,98 **sed casta inceste** . . .  
**clandestinus caecus** 1,779 **naturam clandestinam caecamque** . . ;  
. . 2,128 **significant clandestinos** | **caecosque subesse**  
**clarus certus** 5,581 **claram** | **speciem certamque figuram**  
**contextus condensus** 4,55 **et partim contexta magis condensa-**  
**saque**  
**crassius concretius** 4,1236 **crassius hic porro** | **quoniam**  
**concretius aequo**  
**disiunctus discrepitanus** 3,801 : | **disiunctum discrepitanisque**  
**divisor distractor** 4,958 **et divisor inter se ac distractor**  
**actus**  
**divisus discretus** 5,1439 **et divisa colebatur** | **discretaque tellus**

**exos exanguis** 3,719 **exos et exanguis** . .  
**felix faustus** 1,100 | **felix faustusque daretur**  
**fractus effetus** 2,1150 **fractast aetas** | **effetaque tellus**  
**incolumis integer** 6,348 **incolumisque venit per res atque**  
**integra transit**  
**infans indigus** 5,223 | **iacet infans, indigus omni**  
**ingratus impius** 2,622 **ingratos animos atque impia pectora volgi**  
**liquidissimus levissimus** 5,500 **liquidissimus aether Atque**  
**levissimus aérias . . . auras**  
